Quoniam nostris temporibus
sive fatalis determinatione cor
porum celestium et planetarum
influxus et coniunctiones
sive propter hoc quia summus opifex
hominum labes atque peccata ultione
iusta impunitas evadere non sinit
pestilencie plus quam antiquitus multipli
cantur. et presertim hoc anno qui est
annus gratie M. cccc. lxvij° extense
sunt per universa mundi climata. Ita
ut a partibus septentrionalibus et maritimis
incipientes per tractum Reni fluvii
et ultra montanas regiones ad urbem
que urbs romana extenduntur. Idcir
co favente omnipotentis clementia pro
utilitate rei publice. et ad excolendum
proprium ingenium aliquid quod ex dictis
auctorum sententiis colligere potui de
pestilentia edicere proposui. orans
omnes studiosos ad quos presens tractatus
devenerit ut si aliquid reprehensibile
insertum sit id corrigant. quod si
aliquid utile compertum fuerit debent
deo omnipotenti qui utique de terra creavit
medicinam. et vir sapiens non ab
horrebit eam. cuius et sue genitricis
auxilium imploro. agere gratias
non desistant. In hoc autem tractatu
hunc tenere intendo ordinem. Ut

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1086/0093

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG